Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8207
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et intrare ortum deliciarum quia nequaquam
es aliquid tale quod dici aut concipi potest
sed in infinitum super omnia talia abso
lute superexaltatus / non es igitur creator
sed plusquam creator in infinitum / licet sum
te nichil fiat / aut fieri possit / tibi laus et
gloria per secula infinita

Domine deus adiutor te querentium
video te in orto paradisi et nes
cio quid video quia nichil visibilium
video et hoc scio solum quia scio me
nescire quid video et numquam scire posse
et nescio te nominare quia nescio quid
sis / et si quis michi dixerit quod nomi
neris hoc vel illo nomine eo ipso quod
nominat scio quod non est nomen tuum terminus
enim omnis modi significandi est mu
rus nomen est murus ultra quem te vi
deo et si quis expresserit conceptum ali
quem quomodo concipi possis / scio illum
conceptum non esse conceptum tuum Omnis
enim conceptus terminatur in muro para
disi / et si quis expresserit aliquam simili
tudinem et dixerit sed illam te concipi
endum / scio similiter illam similitudinem
non esse tuam Sic si intellectum tui quis